

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 27. Ex sanctis Doctoribus explicatur plena sese emendandi  
voluntas, ad plenum conversionem requisita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

vive, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipari, &c. Et Luc. 19. Nolumus hunc regnare super nos? Atqui omnis conversio mutationem sonat in oppositum. Mutari ergo in amorem oppositum debet amor peccatoris, ut plenè converteratur. Igitur mutari debet in amorem prædominantem Dei, prout divina Scriptura requirit in locis allegatis, dum ad conversionem requirit *toto corde Deum querere, in toto corde reverti ad Dominum, &c.* Neque enim toto corde Deum querit, nisi qui toto corde amat. Siquidem corde Deus non queritur nisi amando; toto proinde corde non queritur nisi toto corde amando, quod est amore prædominante amare. Ergo plenè peccatoris conversio recte definitur, *transitus ab amore prædominante creatura, ad amorem prædominantem Dei.* Idè verò additur, *quo peccator interior exteriisque totus immutatur, &c.* Quia & hoc ad plenam conversionem peccatoris divina Scriptura requirit. Hanc namque i. dicitur: *Lavamini, mundi ostate, auctore malum cogitationum vestrum ab oculis meis* (ibi mutatio est interioris hominis) *quiscitur agere perverse, dicitur bene facere, querite iudicium, subveniente oppreso, iudicate pupillo, despondeite iudicium* (qui contrarium ante faciebat) *hie mutatio hominis exterioris.* Similiter Hierem. 4. *Circumcidimini Domino, & auctore præputium cordium vestrum* (ecce mutatio interior) ... *accingite vos cibilia, plangite & ululate, &c.* ecce mutatio exterior. Ezech. 18. *Convertimini, & agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris... projecte à vobis omnes peccatariae vestras, in quibus prævaricati estis.* Sique mutate vitam; sed ante omnia facite vobis eorum novum, & spiritum novum: quia ad cor novum, nova vita sequitur, sicut & ad plenam mutationem interioris hominis, plena mutatio hominis exterioris.

**332** Ante Prophetas illos Samuel. 1. Reg. 7. dixerat: *In toto corde vestro reverentim ad Dominum (& sic mutat cor) auctore Deos alienos de medio vestrum, Baalim & Astartoth;* hoc pœnitentes vitam exteriorum. Ubi ergo plena conversione, ibi totius hominis, interioris exteriorisque mutatione. Idque aperte etiam insinuat Apostolus Rom. 6: dum peccatores converti, seu potius eorum conversionem describens, exemplo Christi per Resurrectionem transfeuntis de morte ad vitam, eos hortatur ut similiter transfeant à peccato ad justitiam, & ut peccatum, *five amor prædominans creaturæ in ipsis amplius non dominetur:* Christus enim resurgens à mortuis, jam non moritur; mors illi ultra non dominabitur. *Et qui mortui sumus peccato, quoniam abduc viventes in illo?* Confessus enim sumus cum Christo per baptismum in mortem, ut quoniam Christus surrexit à mortuis... ita & nos in novitate vite ambulemus.... *Hoc scientes, quia vetus homo noster, interior & exterior, crucifixus est, ut destratur opus peccati, & solus non serviamus peccato...* scientes quid Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur; mors illi ultra non dominabitur... Ita & vos existimate mortuos quidem peccato, viventes autem Deo.... Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, id est exteriori homine, *ut obediatis concupiscentia ejus.* Sed sicut exhibitis membra vestra servire inuiditiae, & iniquitati ad iniquitatem; ita nuna exhibete membra vestra servire iustitia in sanctificationem.

**333** Et ratio idipsum confirmat: quia ut peccator plenè convertatur, debet ei amarum sapere in animo, quod antè dulcissimum sapiebat; & quod oblectabat in corpore, in mente jam cruciet, ut Augustinus, & alii Patres docent. Exempli gratia, ut homo impudicitia vel ebrietati ante deditus plenè convertatur, debet ex toto corde dolere

de impudicitia vel ebrietatibus commissis, easque ex toto corde detestari & odire; id est toto corde proponere, se quodvis malum subitum potius quam ad primitas impudicitias vel ebrietates revertatur. Si autem hoc faciat ex toto corde, eo ipso interius exteriisque totus est immutatus.

Totus namque immutatus est interius, sive corde & affectu, ut per se pater; iam enim toto corde & affectu detestatur & odit, quod antè toto corde amabat & amplectebatur. Ad totalem vero mutationem cordis, sive affectus principalis & in corde dominantis, ceteri affectus illum consequentes, cùque subfervientes immutantur. Per consequentes voluntas, quae prius de impudicitia vel ebrietate gaudebat; jam de illa toto corde tristitia & dole: quia illam, quam antè toto corde amabat, toto iam corde detestatur. Fit ergo objectum doloris & tristitiae, quod prius objectum erat gaudii & letitiae; & contraria fit objectum gaudi ac letitiae, quod antè objectum erat doloris ac tristitiae. Et sic de aliis affectibus. Quia videlicet odio jam habetur & horror, quod antè diligebatur, & desiderabatur. Fit igitur totalis mutationis amoris, gaudi, doloris, tristitiae, reliquaque affectionum internorum. Fit proinde tota mutationis hominis interioris.

Porrò ex mutatione totius hominis interioris sequitur mutationis totius hominis exterioris; mutatione proinde totius vita. Hac quippe fructus est, effectusque naturalis illius. Quia cùque hominem exterior regitur ab interiori, sequitur imperium ipsius, dum homo interior plenè, sive ex toto imperat, prout n. 327. vidimus. Neque est qui hoc revocare possit in dubium quoad id quod in homine exterior liberum est ac voluntarium. Cùm tota libertas & voluntates hominis exterioris, ipsi ab interiori homine proveniat, & appetitus exterior subditus sit imperio appetitus interioris, sicut scriptum est: *Saber te erit appetitus tuis, & tu dominaberis illius*, Genesi. 4. Tunc proinde solum homo exterior non requirit ad imperium hominis interioris, dum ex toto seu plenè non imperat, prout Augustinus ibidem docet. Et idem implicitus Gregorius dicit, dum l. 2. in 1. Reg. c. 3. dicit, quod *conversione peccatoris est... in renovatione interioris hominis, cùm peccatori, jam divinitate inspiratione correlo, & malum dispiisse quod amavit, & bonum placere quod edidit.* Quia, ut proxime dixi, ad renovationem interioris hominis, si plena sit, atque ex toto corde, renovatio sequitur hominis exterioris. Quod & amplius conficitur ex diebus cap. 27. & 37. §. 2.

## CAPUT XXVII.

*Ex sanctis Doctoribus explicatur plena se emendandi voluntas, ad plenam conversionem requisita.*

**P**lena voluntas, juxta sanctos Doctores, Augustinum & Aquinatem, illa est quia fit quod voluntas, dum in potestate voluntatis est quod fiat. Quia quidem propostio probatur i. o. quia dum voluntati conjuncta est potestas, nihil obstat, ne fiat quod voluntas vult, nisi quia plenè, sive ex toto non vult, prout Augustinus tradit l. 8. Confess. c. 9. *Unde hoc monstrum, & quare istud? Imperat animus corpori... ut moveatur manus, & tanta est facilitas, ut vix à servito differatur imperium... Imperat animus sibi... & non fit quod imperat. Audi causam: sed non ex toto vult. Non ergo ex toto imperat. Nam... in tantum non fit quod imperat, in quantum non vult... Non utique plena imperat. Ideo non est quod imperat. Nam si plena esset... jam esset quod imperat.*

337 2°. quia S. Thomas 1. 2. q. 20. a. 4. sic habet: *Non est perfecta, id est plena, voluntas, nisi sit talis, qua opportunitate data operetur. Ad operationem namque, ubi non decisi potestas, sola opus est plena & perfecta voluntate, ut Chrysostomus ait Prolog. in Joan. Videlicet sed nobis opus est voluntate, voluntate (inquam) non qualibet, & vulgaris, sed exquisita, id est integræ, fortis & efficacis. Quodcumque enim tali voluntate imperatur sibi animus, impetravit.* ait Seneca.

338 3°. quia, ut ibidem S. Thomas præmisit, omnis inclinatio, vel motus perficitur in hoc quod consequitur finem, vel attingit terminum, in quem tendit. Omnis ergo voluntas perfecta seu plena consequitur finem, quem plenè vult, si posset. Unde Opusc. 16. p. 2. c. 3. (si tamen illius Opusculi S. Thomas sit Author) plenam describens voluntatem, plena voluntas (inquit) aut est respectu habiti, aut respectu habendi. Si respectu habendi, quidquid actuali, absoluta, & plena voluntate mibi volo, id, si possum mihi acquirere, acquiru, nulla negligens media ad id absolutè vel respectu habendi necessaria. Item ejus oppositum nolo; & ideo, si possum effigere, effigio.... Quod vero habitum plena voluntate mibi volo, id si possum conservare, conservo. Et quanto voluntate plenior, tanto sollicitudo conservandæ diligenter.

339 4°. id quod sancti illi Doctores afferunt, fundamentum habet in Scriptura: Ieriput est enim Luc. 1. *Esriventer, id est magnum, plenumque, & integrum desiderium iustitia habentes, implevit bonum.* Et Matth. 5. *Beati qui taliter esurient & sitiunt iustitiam; quoniam ipsi fatus abutuntur.* Ecce Deus desideratam iustitiam dat, cum plenè aequaliter desiderantibus, sive etiæ desiderantibus, ac sitiens. Quisquis igitur eam non haberet, sive eam non saturaret, ideo est quia eam plenè & integrè non desiderat, nec esurit, nec sitiens. Nec enim taliter desiderant, eserant, sitiens Deus deest. Si Deus illis non deest, nec potestas deest. Si nec Deus deest; nec potestas; nec tamen fiat, quod homo desiderat, esurit, ac sitiens, sola ergo plena voluntas, plenum desiderium, plena fames ac sitiens illi datur.

340 5°. iste est communis hominum sensus, in finali humanæ vita officios. Neque enim homines cœsent, cum plenè, atque ex toto corde vele, qui non facit, quod se velle dicit, sicut potestate ipsius sit ut fiat. Quippe ubi duo solūm requiruntur, ut aliquid fiat, potestas scilicet & voluntas, nemo non credit plenam voluntatem decelit, dum non fit, id ad quod non decet potestas. Quis enim credit, diviti plenam aedifici voluntatem dandi mutuum, aut eleemosynam petenti, si non det, dum dare potest?

341 Ex his manifestè concluditur, Confessarium non posse nec debere credere, plenam esse emendandi voluntatem aedifici peccatori, qui, cum posset, ideo non emendat, vel necessaria ad emendationem media negligit. Nam qui potest ad finem optatum pervenire, nihil negligit, nihil ad id necessarium non facit, si plenè vult. Nihil enim negligit, nihil non facit miles ad gloriam acquirendam, vel conservandam, dum plenè atque ex toto corde vult eam acquirere, vel conservare. Nihil etiam negligit, nihil non facit avarus ad congregandum vel conservandum aurum, dum id plene vult. Nihil negligit, nihil non facit infirmus ad sanitatem, mendicus ad eleemosynam consequendam, dum id plenè vult, &c. Si ergo peccator plene atque ex toto corde vellet emendare; similiiter nihil negligenter, nihil non faciet, ut se tandem emendari. Maximè cum par, imò majori ardore, atque efficacità sui emendationem per mandatorum custodiā prosequi debeat, quam miles gloriam, avarus aurum, infirmus sanitatem, mendicus eleemosynam, &c.

Mandatorum quippe custodia diligenda est super aurum & topazion, super humanam gloriā, super corporis sanitatem, super vitam ipsam, & super bona quæcumque temporalia. Ubi igitur peccatoris non appetet emendatio, humana præsumptio est, medium aliquid ad id necessarium neglexisse, cum potuisse non negliger: emendationem profinde plene atque ex toto corde non voluisse.

Hinc quia concubinario medium ad emendationem necessarium est ejus concubina, plenè atque ex toto corde non credere velle emendationem, nisi plenè atque ex toto corde vult concubinam ejicere; quam si ejicere neglexerit, humana præsumptio est, quod eam ejicere, fæcere emendare plenè atque ex toto corde non voluerit. Cum enim ad propositionem finem perveniri nequeat nisi per media ad id necessaria; perspicuum videtur, quod plenà voluntate non vult finem, qui plenà voluntate non vult media necessaria ad finem. Quâ ratione Christiani innumerí ex hoc ipso convincunt plenà voluntate pervenire non velle ad patrīam, id est vitam æternam, dum plenà voluntate ambulare non volunt per arcam viam, que sola ducit ad vitam. Nam, ut Augustinus tr. 28. in Joan. ait: *qui recusat viam, quid requirit patrīam?*

Ne ergo facile credas, concubinario plenam adfuisse concubinam ejicendi voluntatem, si, post pollicitationem de ea ejicenda, pollicitationi non steterit. Non enim præstabilitur toto corde, plenà voluntate prouinisse, qui, cum potuit, promissum non præstabit. Idem applica recidivis, qui promiserunt hæc vel illa media, ad cædendum relatum necessaria adhibere, si promissis non stete.

Nec dicas, ipsos habuisse quidem plenam me- 344 dia illa adhibendi, fæcere emendandi voluntatem, dum promiserunt, sed eam postmodum ex humana inconstitutia mutasse. 1°. quia plena fæcere emendandi voluntas ut plurimum solet esse constans, hoc saltem sensu, quod facilè & citè mutari non soleat. Plena quippe voluntas, juxta Augustinum suprà relatum, non est voluntas debilis, languida & fænsa; sed integra, fortis & robusta. Talis autem voluntas facile & citè non deficit; quia transit in affectum cordis. Quam ob causam avaritiae & impudicitiae peccata in avaris, impudicis, &c. facile & citè non deficiunt, quia, ut Psalm. 72. dicitur, *transierunt in affectum cordis,* propter plenam scilicet & fortem ius immorandi voluntatem.

2°. ratio cur Judæi fuerunt inconstantes in bono, seu Dei obsequio, est quia Deo ex amore non servierunt sed ex timore; ideoque non ex toto corde (neque enim ex toto corde fit, juxta Augustinum, quod fit ex timore pœna, non ex amore iustitiae) propterē ergo de iis Psal. 105. dicitur: *Ciùs fecerant, oblii sunt operum ejus, & non sustinuerunt, id est constantes non tenerunt, consilium ejus.* Inconstans igitur hominis in bono, à quo quispiam facile & citè deficit, non est in bono quod ex toto vult corde, plenèque voluntate; sed quod ex toto corde non vult. Nam qui ab eo citè deficiunt, illud extoto corde se non voluisse demonstrant, ut Gregorius Magnus ait. 8. Moral. 24. *Bona se non ex corde toto tensisse ipsi telles sunt, qui haec citè dimiserant.* Si enim bona toto corde tenserint, hac citè non dimiscent, tametū vitro fragilior. Quia, ut Augustinus dicit homil. 28. inter 50. nunc ferm. 17. & 7. vitrum, *est fragile est, tamen diligenter servatum diù durat.* Siquidem inveneries calices ab arieti & proavis, in quibus bibunt nepotes. Tanta fragilitas expedita est per annos.

3°. homo inconstans non est in solo emen-

dationis negotio, sed in quoecumque alio. Quemadmodum ergo in nullo alio negotio tanta est hominis inconstans, ut facile & citè recedat ab eo quod semel plenè atque ex toto transit in affectum cordis, nisi fortis aliqua ratio in contrarium occurrat, vel praesentes circumstantiae mutentur. Ita nec in emendationis negotio tanta est hominis inconstans, ut facile & citè mutet emendationis voluntatem, quam plenè atque ex toto transire fecit in affectum cordis. Cum nulla ad id fortis ratio occurrere posset, nec aliis ad id illecebris sollicitetur. Sed sicut iisdem quibus ante, tentationibus recidivis exagitatur; sic per eadem causas, sub iisdem motivis, à peccato revoetur, quibus antecedenter excitatus, peccato validere decreverat. Est enim idem Deus qui prohibet, idem infernus quem communinatur, idem paradiſus quem promittit perseverantib[us] in bono, &c. Cum igitur omni alio in proposito, plenè atque ex toto corde concepto, flantibus iisdem motivis, & circumstantiis, homo tempore notabiliter constans esse soleat; credibile non est, in solo emendationis proposito adeò inconstans esse, ut, flantibus iisdem motivis, ac circumstantiis, ab eo facile & citè deficiat. Dum igitur facile & citè deficit, longè probabilius est, voluntatem ipsius non sufficere plenam, propositumque ex toto corde conceptum non sufficere, quam ex toto corde conceptum facile & citè mutatum sufficere.

## CAPUT XXVIII.

*Explicatur & plenum peccati odium, ad eandem necessarium.*

**347** *Q*uemadmodum ex dictis cap. 25. ad comp[aratione] missorum criminum veniam necessaria converto peccatoris ad Deum ex toto corde; ita & avercio à peccato mortali ex toto corde. Per consequens necessarium est ingens & capitale peccati mortalis odium, quo illud plenè atque ex toto corde super omni odibile ac detestabile oderimus ac detestemur. Siquidem malum est objectum odii, sicut bonum est objectum amoris. Sicut ergo quando maius est bonum, tanto major est amor prosequendum; ita quanto maius est malum, tanto major prosequendum est odio. Peccatum vero mortale malorum omnium maximum est, adeò ut ne ipso quidem ignis æterni gehenna cum malitia peccati mortalis comparanda sit. Maximo igitur odio est prosequendum, ita ut de eo sine horrore vehementer ne cogitare quidem possimus; sicut nec de gehenna illa; & non solum ipsum, sed & quidquid ipsum nobis causa fuit, vel instrumentum, nobis horror fit; sicut juveni uxori horrore est crudelis trucidator dicitissimi mariti sui, & quidquid causa fuit, vel instrumentum trucidationis ipsius. Hinc est enim quid conitrationem in omni statu necessariam, sancti Patres peccati detestationem atque odium definient supra omne quod odio haberi potest, inquit Ludovicus Granatensis conc. 2. de Peccatis.

**348** Quid enimvero est mortale peccatum? Audi peccator, & contremiscere: nec enim poteris vehementer de eo horrore non concipere, vindictamque magnam in ipsum non decernere, si attentamente recogitaveris, quid feceris, dum illud commisisti, v. g. forniciando, adulterando, impudicitias exercendo, coemulationes & ebrietates faciendo, iniurium odiendo, &c. Quippe hoc faciendo, creatura Deum, summum utique bonum bono vilissimo postposuisti, eligens creaturam potius frui quam Deo. Horribilis est illa elelio. *Va anime audaci (ait Augustinus) quae speraret, si te recessisset, se aliquid melius habuitam.*

**2°.** imò Deo diabolum præstulisti, de Deo que ipsum quodammodo triumphare fecisti. Ut enim Tertullianus de penit. c. 5. non leviter in Dominum peccat, qui cum anno ejus diabolo penitentia renuntiasset, & hoc nomine illum Domino subiecisset, rursus eundem regreſu suo erigit, nonne, quod dicere quoque periculorum est, sed ad adificationem proferendum est, diabolum Domino præponit? Comparationem enim videtur egere, qui utrumque cognoverit, & judicato pronuntiassent meliorem, cuius se rursus esse maluerit.

**3°.** per mortale peccatum, feedus in baptis-  
mate cum Deo initum violasti, filiique Dei, fratris Iesu Christi, hæredis cœli prærogativam ab-  
jecisti, ut hæres esses posteaque tæculi, filius  
que & mancipium diaboli.

**4°.** Filium Dei conculcasti, sanguinem, re-  
demptionemque ipsius contemptisti, & Spiritui gratia contumeliam fecisti. Scriptum est autem:  
*Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia,* qui Filiam Dei conculcaveris, & *sanguinem te-  
flamentum pollutum duxeris, in quo sanctificatus es,* & Spiritui gratia contumeliam feceris? Hebr. 10.  
**5°.** Deum qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini Creatoris tui. Deuteron. 32. v. 18. *De-  
reliquisti Deum factorem tuum,* & *recusasti a Deo  
salutari tuo.* Ibid. v. 15.

**6°.** Calum reddidisti omne super te consi-  
lium misericordiæ Dei, iniuriasque effectus omnes illius, dum gratiam justificantem, atque adeò filiorum Dei adoptionem, cœlestemque glori-  
am volens amissi, Deumque abieciisti ne regnaret super te, & dereliquisti fontem aquæ vivæ,  
ut foderes tibi cisternas, cisternas dissipatas, que  
continere non valent aquas.

**7°.** Dei legem, peccata prohibentem, infer-  
nū supplicio punientem, adeòque Deum ip-  
sum contemptisti, & quaque in te fuit delirasti,  
dum ei subditus esse noluit; imò optasti ut  
non esset, qui quod velles, te facere prohiberet;  
non esset etiam, qui te peccantem puniret.

Hæc fecisti, & non horreas vehementer teipsum! non  
tibimet indigneris! non fremas & frendas  
contra stupendam ingratisitudinem, cœcitatorem,  
turpititudinem & impudentiam tuam! Si sic affec-  
tus non sis, peccatorum tuorum gravitatem, &  
quid fū Deum (tantum benefactorem tuum) offendisse, nequam agnosceris. Si enim agno-  
scires, capilli omnes capitis tui perhorreficerent ad  
falsam cogitationem, quâ recognitares, quomodo  
fieri potueris, quid tu, creatura rationalis, datâ  
ratio[n]e adeò abiut potueris, ut vel ad minimum  
ejusmodi flagitium committendum deter-  
minare teipsum potueris. Hoc est enim quod S.  
Maria Magdalena de Pazzi's comprehendere nun-  
quam potuit, quomodo utique ad rem tam hor-  
ribilem creatura rationalis teipsum determinare  
poterit.

Jam verò si tanto odio & horrore peccatum  
mortale sit prosequendum & persequendum, fieri  
certè vix aut ne vix quidem potest, ut qui tanto  
illud odio prosequitur, facili & citè illud repeat;  
sicut fieri vix potest, ut juvenis vidua cum cru-  
deli dilectissimi sui mantri trucidatore, quem sumo  
& capitali odio prosequitur, facili & citè re-  
conciliatur.

Per consequens vix aut ne vix quidem credi  
prudenter potest, peccatorem illum plenum hu-  
iusmodi odium, plenamque peccati detestationem  
concepisse, qui facili & citè certatur in illud re-  
cidisse. Quis enim cum hoste infensissimo post  
plenum & capitale odium, citè in gratiam redit?  
quis tenerissimo ipsum amore citè complectitur?  
quis se ipse in servum & mancipium citè voluntari-  
è tradit, uti se tradit peccator in servum & vile  
peccati mancipium, juxta illud Joan. 8. v. 51. Qui  
facit